



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

31. Henrici V. Imp. Dat. in Italia in Castro Burgulicin, Anno MCXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

*HENRICI IV. IMPERATORIS  
Datum in Italia in Castro Burgulicin Anno  
MCXVI.*


**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clementiâ Quartus Romanorum Imperator Augustus. Sicut antiquorum insignia Regum Deo ordinante gestamus, ita præclara eorum merita in præceptis, seu præceptorum confirmatiuis Ecclesiis Dei concedendis per omnia imitari debemus. Quapropter fidelibus nostris tam præsentibus scilicet, quam futuris notum fieri cupimus, qualiter fidelis noster Berengozus videlicet Abbas Sancti Maximini de Treueris ultra montes nos profecutus in Italiam, inter cætera, nostram Imperialem appellauit clementiam, quatenus priuilegia prædecessorum nostrorum, Regum & Imperatorum, præfato cœnobio confirmarem: Insuper etiam quasdã curtes & possessiones violenter inde sublatas restituere vellemus. Cuius petitioni propter amorem Dei, & ob interuentum spiritualis Patris nostri Domini videlicet Paschalis beatissimi Papæ, atque dilectissimæ contectalis nostræ Mathildis Reginae, nec non Burchardi Monasteriensis, Odalrici Constantiensis, Gebhardi Tridentini: Mazonis Viridunensis Venerabilium Episcoporum, & Erlolfi Venerandi sanctæ Fuldensis Ecclesiæ Abbatis, aliorumque fidelium nostrorum assensum præbemus: & hoc nostræ auctoritatis præceptum inde fieri decernimus: per quod præcipimus atque iubemus, vt eadem Abbatia Sancti Maximini Confessoris Christi pretiosissimi, nulli vnquam Sedi vel Ecclesiæ quolibet ingenio, vel quacunque occasione subdatur, nullius personæ magnæ, vel paruæ violentiam siue dominationem patiatur, sicut sub antecessoribus nostris vsque ad præsens ab omni inquietudine immunis extiterat. Ita quoque sub nostro, Successorumque nostrorum mundiburdio ac defensione perpetualiter libera permaneat: ac si ea, quæ nulli vnquam personæ nisi Regibus & Imperatoribus decentissimè subiacebat, Monachis etiam inibi Deo seruientibus per nostræ Serenitatis assensum eligendi inter se Abbatem, quando opus fuerit, liberum arbitrium concedimus, quam diu talis inter eos fuerit repertus, qui ad hoc officium probabilis videtur & idoneus. Præcipimus etiam vt nullus Aduocatus in curias Abbatis ac Fratrum temerè introeat: aut à villicis eorum seruitia violenter exigat: vel à redditibus & præbenda eorundem Fratrum sibi seruire præcipiat; Et licet vnaquæque penè villa contra iustitiam plures, quam necesse sit, Aduocatos habeat, præcipimus tamen, vt nullus ex illis præter vnum aliquod placitum (nisi tria iure debita) suo loco & tempore cum rusticis possideat. In quibus placitis nihil retro, vel antecalam aut apertè sine villicis Abbatis aliquomodo disponat, nullusque eorum, siue sit diues, aut pauper, summus aut infimus in allodio Sancti Maximini Castrum aliquod ædificare præsumat. Sed liceat Abbati, suisque successoribus curias totius Abbatia quibuscunque veliat fratribus aut villicis committere, & pro re, & tempore, quicquid sibi secundum commoditatem Ecclesiæ melius inde visum fuerit, liberè disponere. Præcipimus etiam vt seruientes Ecclesiæ, qui Searemanni dicuntur, nulli Aduocato vel Domino præter Imperatorem &



Abbatem violenter cogantur seruire, nisi sibi placeat, aut beneficium aliquod ab eis videantur habere. Præbendarij etiam siue Mansionarij fratrum circa Monasterium infra miliare vnum è vicino manentes: siue Dagescalci aut ce-rearij, foris vbique per villas positi, nullius Aduocati, vel Hunnonis placitum nisi pro aliqua temeritate vel negotio ab Abbate, vel à suis fuerint inuitati re-spiciant, familiaque totius Abbatix in quocunq; placito vel negotio, ban-num vel fredas nulli, nisi Abbati, aut villicis suis persoluat, & Telonium à na-uib; eorum in regno nostro nullus exigit. Præterea fideles nostros tam præ-sentes scilicet, quam futuros ignorare nolumus, quia per inuentum Patris nos-tri Domini Paschalis Apostolici, & Mathildis eque Reginae, nec non fidelis nos-tri Arnulfi Aquensis Præpositi, aliorumque fidelium nostrorum, quos præno-minauimus, ac pro iugi ac fideli seruitio prædicti Abbatis Berengori cenobio sibi commissis ac fratribus quasdam Curtes & possessiones Beato Maximino in-iuste subtractas, id est Liouena, Lutthardesda, Mannendal etiam & Gunche-reshusun, cum omnibus pertinentijs suis †

† ad præsens eis reddimus, atque firmamus: Et vt nullus Suc-cessorum nostrorum Regum, vel Imperatorum, nulla prorsus Ecclesiastica, si-ue mundana persona eadem bona quoquomodo inde auferre, vel à præbenda fratrum abalienare præsumat, firmissimè præcipimus atque iubemus. Et vt hoc Imperiale nostræ authoritatis præceptum de his omnibus conscriptum firmum & stabile permaneat, vltèrius manu propria subtus firmauimus, & Sigilli nostri impressione insigniti iussimus. Insuper & spiritualem Patrem nostrum Domi-num Paschalem banno suo confirmare rogauimus.

Signum Domini Hentici Quar-ti Romanorum Imperatoris In-uitissimi Bruno Cancellarius recognouit. Data Kl. Iulij Indi-ctione IX. Anno Dominicæ In-carnationis MCXVI. regnante Domino Henrico Quinto Re-ge Romanorum Anno XI. Im-perante vero VI. Actum in Ita-lia in Castro Burgulicin Dei no-mine feliciter. Amen.



32.

*Conradi Comitis Lutzelburgensis Diploma Anni  
MCXXXV.*

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Contardus Comes de Lut-zelenbourgh, postquam prouidente Deo, post decessum pijsissimi genitoris nostri Wilhelmi Comitis de manu Regia, quidque Iuris nostri est, cum om-